



CORPUS THOMISTICUM

<http://www.corpusthomisticum.org/qdp2.html>

Sancti Thomae de Aquino Quaestiones disputatae de potentia.

[Textum Taurini 1953 editum
ac automato translatum a Roberto Busa SJ in taenias magneticas
denuo recognovit Enrique Alarcón atque instruxit]

Quaestio 2

Articulus 2

Secundo quaeritur utrum potentia generativa in divinis dicatur essentialiter vel notionaliter

Et videtur quod notionaliter tantum.

Arg. 1. Potentia enim rationem principii habet, ut patet per definitiones positas V Metaph. Sed principium in divinis respectu divinae personae notionaliter dicitur. Cum ergo potentia generandi hoc modo principium importet, videtur quod notionaliter dicatur.

Arg. 2. Sed dicitur, quod significat simul essentiam et notionem. Sed contra, in divinis, secundum Boetium, sunt haec duo praedicamenta; substantia, ad quam pertinet essentia; et ad aliquid, ad quod pertinent notionalia. Non potest autem aliquid esse in duobus praedicamentis, quia homo albus non est aliquid unum nisi per accidens, ut habetur V Metaph. Ergo potentia generandi non potest in sua ratione utrumque complecti, scilicet substantiam et notionem.

Arg. 3. Praeterea, principium in divinis distinguitur ab eo cuius est principium. Sed essentia non debet distingui. Ergo non competit ei ratio principii: et ita potentia, quae rationem principii includit, non significat essentiam.

Arg. 4. Praeterea, in divinis quod est proprium, est relativum et notionale; quod vero est commune, est essenziale et absolutum. Potentia autem generandi non est communis patri et filio, sed propria patris. Ergo dicitur relative sive notionaliter, non essentialiter nec absolute.

Arg. 5. Praeterea, propriae actionis est principium propria forma, non communis; sicut homo per intellectum intelligit: nam haec actio est sibi propria respectu animalium aliorum, sicut et forma rationalitatis sive intellectualitatis. Sed generatio est propria operatio patris in quantum est pater.

Ergo eius principium est paternitas, quae est propria forma patris, et non deitas, quae est forma communis. Paternitas vero ad aliquid dicitur. Ergo potentia generandi non solum quantum ad rationem principii, sed etiam quantum ad id quod est principium, dicitur ad aliquid.

Arg. 6. Praeterea, sicut potentia generandi realiter ab essentia divina non differt, ita nec etiam paternitas. Sed hoc non obstante paternitas dicitur tantum ad aliquid. Ergo nec propter hoc debet dici quod potentia generandi, cum relatione significet essentiam.

Arg. 7. Praeterea, in divinis tria invenimus quae rationem principii habent, scilicet potentiam et scientiam et voluntatem, quae essentialiter dicuntur in Deo. Sed scientia et voluntas non simul significantur cum aliqua relatione vel notione in divinis. Ergo pari ratione nec potentia; et sic non potest dici quod potentia generandi significet simul essentiam ex parte potentiae, et notionem ex parte generationis; sed videtur quod significet tantum notionem per rationes inductas.

Sed contra 1. Est quod Magister dicit, 7 dist., I Senten., quod potentia generandi in patre est ipsa divina essentia.

Sed contra 2. Praeterea, Hilarius dicit, quod pater generat virtute naturae divinae. Ergo ipsa natura est generationis principium; et sic rationem potentiae habet.

Sed contra 3. Praeterea, Damascenus dicit, quod generatio est opus naturae existens; et sic idem quod prius.

Sed contra 4. Praeterea, in divinis est tantum una potentia. Sed potentia creandi dicitur essentialis. Ergo et potentia generandi.

Conclusio. Respondeo. Dicendum quod circa hoc est multiplex opinio. Quidam enim dixerunt, quod potentia generandi in divinis dicitur tantum ad aliquid: et movebantur hac ratione: quia potentia secundum suam rationem est principium quoddam; principium autem relative dicitur et est notionale, si referatur ad divinam potentiam et non ad creaturas.

Sed in hac ratione videntur fuisse decepti propter duo: *primo*, quia licet potentiae conveniat ratio principii, quod in genere relationis est, tamen id quod est principium actionis vel passionis, non est relatio, sed aliqua forma absoluta; et id est essentia potentiae; et inde est quod philosophus ponit potentiam non in genere relationis, sed qualitatis, sicut et scientiam, quamvis utrique aliqua relatio accidat. *Secundo*, quia ea quae in divinis important

principium respectu operationis, non dicuntur notionaliter, sed solum ea quae dicunt principium respectu eius quod est operationis terminus: principium enim quod notionaliter dicitur in divinis, est respectu personae subsistentis; operatio autem non significatur ut subsistens: unde ea quae respectu operationis rationem principii habent, non oportet in divinis notionaliter dici; alias voluntas et scientia et intellectus et omnia huiusmodi notionaliter dicerentur.

Potentia autem, licet sit principium quandoque et actionis et eius quod est per actionem productum, tamen unum accidit ei, alterum vero competit ei per se: non enim potentia activa semper, per suam actionem, aliquam rem producit quae sit terminus actionis, cum sint multae operationes quae non habent aliquid operatum, ut philosophus dicit; semper enim potentia est actionis vel operationis principium. Unde non oportet quod propter relationem principii, quam nomen potentiae importat, relative dicatur in divinis.

Ipsa etiam positio veritati consona non videtur. Nam si id quod est potentia, est ipsa res quae est principium actionis, oportet naturam divinam esse id quod est principium in divinis: cum enim omne agens, in quantum huiusmodi, agat simile sibi, illud est principium generationis in generante secundum quod genitus generanti similatur, homo enim virtute humanae naturae generat filium, qui sibi in natura humana similis invenitur: Deo autem patri conformis est Deus genitus in natura divina: unde natura divina est generationis principium, ut cuius virtute generat pater, sicut Hilarius dicit, loc. cit. et propter hoc alii dixerunt, quod potentia generandi significat essentiam tantum.

Sed illud etiam conveniens non videtur: actio enim quae fit virtute naturae communis per aliquid sub natura communi contentum, aliquem modum accipit ex propriis illius principii; sicut actio quae debetur naturae animalis, fit in homine secundum quod competit principii speciei humanae: unde et homo perfectius habet actum virtutis imaginativae quam alia animalia, secundum quod competit eius rationalitati. Similiter etiam actio hominis invenitur in hoc et in illo homine secundum quod competit principii individualibus huius vel illius, ex quibus contingit quod unus homo clarius alio intelligit. Et ideo oportet quod si natura communis sit principium alicuius operationis quae solum patri convenit, oportet quod sit principium, secundum quod competit proprietati personali patri. Et propter hoc in ratione potentiae includitur quodammodo paternitas, etiam quantum ad id quod est generationis principium.

Et propter hoc cum aliis dicendum est, quod potentia generandi simul essentiam et notionem significat.

Ad primum ergo dicendum, quod potentia importat rationem principii respectu operationis, quae notionaliter non dicitur in divinis, ut dictum est.

Ad secundum dicendum, quod in rebus creatis unum praedicamentum accidit alteri, propter quod non potest ex duobus fieri unum, nisi unum per accidens; sed in divinis relatio est realiter ipsa essentia: et ideo non est simile.

Ad tertium dicendum, quod in rebus creatis principium generationis est duplex, scilicet generans et quo generatur: sed generans quidem per generationem distinguitur a genito, cum nulla res generet se ipsam; sed id quod generans generat, non distinguitur, sed est commune utrique, ut dictum est, in corp. art. unde non oportet naturam divinam distingui, sicut potentia generandi, cum potentia sit principium ut quo.

Ad quartum dicendum, quod ratione relationis implicitae, potentia generandi non est communis, sed propria.

Ad quintum dicendum, quod in qualibet generatione principium generationis principaliter non est aliqua forma individualis, sed forma quae pertinet ad naturam speciei. Item non oportet quod genitum similetur generanti quantum ad condiciones individuales, sed quantum ad naturam speciei. Paternitas autem non est in patre per modum formae speciei, sicut humanitas in homine, sic enim in eo est divina natura; sed est in eo, ut ita dicam, sicut principium individuale, est enim proprietas personalis: et ideo non oportet quod sit generationis principium principaliter, sed quodammodo cointellectum ratione supradicta: aliter sequeretur quod pater per generationem non solum deitatem, sed paternitatem communicaret; quod est inconveniens.

Ad sextum dicendum, quod potentia generandi est idem realiter cum natura divina ita quod natura includitur in ratione ipsius: non autem sic est de paternitate, unde non est simile.

Ad septimum dicendum, quod scientia vel voluntas non est principium generationis, cum generatio sit naturae, quae in quantum est actionis principium, rationem potentiae habet. Et inde est quod potentia consignificatur cum eo quod est ad aliquid in divinis, non autem scientia vel voluntas.

Ad s. c. Ad ea autem quae sunt in contrarium de facili patet responsio ex praedictis.



AQUINATE

<http://www.aquinate.net/traduções.html>

São Tomás de Aquino Questões disputadas sobre a potência de Deus.

[Tradução de Bernardo Alves, Paulo Faitanin & Roberto Cajaraville]

Questão 2

Artigo 2

Em segundo se pergunta se na divindade a potência geradora se diz essencialmente ou conceitualmente.

E parece que somente conceitualmente.

Arg. 1. A potência tem, pois, noção de princípio, como é evidente pela definição do V livro da *Metafísica*. Ora, o princípio na divindade relativo às pessoas divinas se diz conceitualmente. Logo, como a potência geradora traz deste modo um princípio, parece que se diz conceitualmente.

Arg. 2. Ora, diz-se que significa o mesmo, a essência e o conceito. Mas ao contrário, na divindade, segundo Boécio, são duas as categorias: a substância, a quem pertence à essência; e a relação que se refere às noções. Não pode, no entanto, alguma coisa estar nas duas categorias, porque o homem branco não é um senão por acidente, como consta (no livro) *V da Metafísica*. Logo, a potência geradora não pode abranger em sua noção ambos os sentidos, isto é, o da substância e o do conceito.

Arg. 3. Além do mais, o princípio na divindade se distingue daquele cujo é princípio. Ora, a essência não deve distinguir-se. Logo, não lhe compete o conceito de princípio: e, assim, a potência, que se inclui na noção de princípio, não significa a essência.

Arg. 4. Além do mais, na divindade o que é próprio é relativo e conceitual; que de fato é comum, é essencial e absoluto. No entanto, a potência geradora não é comum ao Pai e ao Filho, mas é própria do Pai. Logo, é dita relativa ou conceitual, não essencial nem absolutamente.

Arg. 5. Ademais, a própria forma é princípio da sua própria ação, não a [forma] comum; assim como o homem entende pelo intelecto: pois para ele esta ação é própria em relação aos outros animais, como também a forma da racionalidade ou da intelectualidade. Ora, a geração é operação própria do Pai

enquanto é Pai. Logo, o seu princípio é a Paternidade, que é a própria forma do Pai, e não da divindade, que é a forma comum. De fato, a Paternidade se diz com relação a alguma coisa. Logo, a potência de gerar não se refere só à noção de princípio, mas também se diz com relação àquilo que é princípio.

Arg. 6. Além do mais, assim como a potência de gerar não difere realmente da essência divina, assim também nem a Paternidade. Mas isto não contraria que se diga que a Paternidade só se refira a algo. Logo, nem por esta razão deve-se dizer que a potência de gerar signifique a essência, como uma relação.

Arg. 7. Além do mais, na divindade encontramos três atributos que têm razão de princípio, a saber, a potência, a ciência e a vontade, que se dizem essencialmente em Deus. Ora, a ciência e a vontade não são compreendidas simultaneamente com alguma relação ou conceito na divindade. Logo, igualmente tampouco a potência; e, assim, não é possível dizer que a potência geradora signifique simultaneamente essência por parte da potência, e conceito, por parte da geração; ora, pelas razões aduzidas parece que significa somente o conceito.

Mas contra 1. É que o Mestre diz no livro I Sentenças, dist. 7, que a potência de gerar no Pai é a mesma essência divina.

Mas contra 2. Além do mais, diz Hilário que o Pai gera em virtude da natureza divina. Logo a mesma natureza é princípio da geração; e, assim, tem sentido de potência.

Mas contra 3. Ademais, Damasceno diz, que a geração é obra proveniente da natureza; e assim o mesmo que antes.

Mas contra 4. Além do mais, na natureza divina só há uma potência. Ora, a potência de criar se diz essencial. Logo, também a potência de gerar.

Conclusão. Respondo dizendo que acerca disto há múltiplas opiniões. Com efeito, alguns disseram que a potência de gerar na divindade é dita somente relativamente, porque a potência segundo a sua própria noção é um certo princípio; além disso o princípio é dito relativo e conceitual, se referido à divina potência, não às criaturas.

Ora, nesta argumentação são parecidos por terem sido enganados por duas razões: *Primeira*, porque ainda que a razão de princípio convenha à potência, que está no gênero da relação, todavia o que é princípio da ação ou da paixão, não é relação, mas alguma forma absoluta; e esta é a essência da potência; e é por isso que o Filósofo coloca a potência não no gênero da relação, mas na

qualidade, assim como a ciência, ainda que ambas resultem em alguma outra relação. *Segundo*, porque aqueles atributos os quais na divindade implicam um princípio a respeito da operação, não são afirmados conceitualmente, mas somente aqueles que se dizem princípio a respeito daquilo que é o término da operação: com efeito, o princípio que é dito conceitualmente na divindade, é referido à Pessoa subsistente; mas, a operação não é significada como subsistente: por isso, aquelas que têm um princípio de operação com relação à razão, não precisam conceitualmente ser ditas existentes na divindade; senão seriam ditas conceitualmente a vontade, a ciência e o intelecto e todas as outras coisas semelhantes.

No entanto, a potência, ainda que seja, ao mesmo tempo, o princípio da ação e daquilo que é produzido pela ação, todavia, um sucede o outro, enquanto o ser princípio da ação lhe compete por si mesmo: com efeito, a potência não é sempre ativa por sua ação, porque produz algo que é o término da sua ação, como há muitas operações que não produzem alguma obra, como disse o Filósofo; com efeito, a potência sempre é um princípio da ação ou da operação. Por isso, não é necessário que por causa da relação de princípio, a qual importa o nome de potência, é dito relativo à divindade.

Ademais, a mesma posição não parece conforme a verdade. Com efeito, se o que é potência, é a mesma coisa que o princípio de ação, é necessário que a natureza divina seja o que é princípio na divindade: pois todo agente, enquanto tal, age de modo semelhante a si mesmo, pois o que é princípio de geração no gerado, é segundo o que no gerado se assemelha ao que gera, pois o homem em virtude da natureza humana gera um filho, que se mostra semelhante a ele na natureza humana: no entanto, o Deus gerado na natureza divina é conforme ao Deus Pai: por isso, a natureza divina é princípio de geração, por cuja virtude o Pai gera, como diz Hilário na passagem citada; e, por causa disto, outros disseram que a potência de gerar significa somente a essência.

Ora, isso também não parece conveniente: pois a ação que se faz em virtude da natureza comum, mediante algo contido sob a natureza comum ocorre, de algum modo, a partir dos seus próprios princípios; assim como a ação que se deve à natureza animal se faz no homem, segundo o que compete ao princípio da espécie humana: e, por isso, o homem possui o ato da faculdade imaginativa mais perfeito do que os outros animais, segundo o que convém à sua racionalidade. Ademais, de modo semelhante, a ação do homem se encontra neste e naquele homem, conforme o que compete ao princípio de individuação deste ou daquele, do qual sucede que um homem entende mais claramente do que outro. E, por isso, se a natureza comum for o princípio de alguma operação que só convenha ao Pai, é necessário que seja princípio,

segundo o que compete à propriedade pessoal do Pai. E, por causa disto, na noção de potência se inclui, de algum modo, a paternidade, também quanto àquilo que é princípio de geração.

E, por causa disto, e pelo que foi dito pelos outros, a potência de gerar [de Deus] significa simultaneamente a essência e o conceito.

Ao primeiro, respondo, pois, dizendo que a potência traz um sentido de princípio com relação à operação, que não se aplica conceitualmente com respeito à natureza divina, como foi dito.

Ao segundo, respondo dizendo, que nas coisas criadas um predicamento acrescenta outro, razão pela qual não se pode de dois fazer um, exceto se for um por acidente; ora, na natureza divina a relação é realmente a própria essência: e por isto não é semelhante.

Ao terceiro, respondo dizendo que nas coisas criadas o princípio de geração é duplo, a saber, o gerador e o que é gerado: ora, na verdade, o gerador se distingue do gerado pela geração, já que nenhuma coisa gera a si mesma; mas aquilo que o gerador gera não se distingue senão por ser comum a ambos, como foi dito no corpo do artigo; por isso, não é necessário que a natureza divina se distinga, assim como a potência de gerar, uma vez que a potência é, como tal, princípio para o que gera.

Ao quarto respondo dizendo, que pela razão da relação implícita, a potência geradora não é comum, mas própria.

Ao quinto, respondo dizendo que em qualquer geração o princípio de geração não é principalmente nenhuma forma individual, mas [é] uma forma que pretende à natureza da espécie. Do mesmo modo, não é necessário que o gerado se assemelhe àquele que gera quanto às condições individuais, mas quanto à natureza da espécie. No entanto, a paternidade não está no Pai pelo modo da forma da espécie, como a humanidade no homem, assim, com efeito, está n'Ele a natureza divina; porém, está n'Ele, por assim dizer, como um princípio individual, é, pois, propriedade pessoal: e, por isto, não é necessário que principalmente seja princípio de geração, mas que seja, de alguma maneira, compreendido pela razão dita acima: de outro modo, se seguiria que o Pai comunicaria não só a divindade pela geração mas, também, a paternidade; o que é inconveniente.

Ao sexto respondo dizendo, que a potência de gerar é a mesma realmente com a natureza divina, de tal modo que a natureza se inclui na noção da mesma: todavia, não é assim na paternidade, donde não é semelhante.



Ao sétimo, respondo dizendo que a ciência ou a vontade não é um princípio de geração, como o é a geração na natureza, que, enquanto é princípio de ação, tem razão de potência. E é por isso que a potência é significada com aquilo que é algo na divindade, mas não a ciência ou a vontade.

Ao s. c. No entanto, a partir do que foi dito em contrário, se mostra fácil a resposta.